



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XL. de verborum significatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Duplex, aliud Personale, aliud locale; & utrumque vel Generale vel particulare. *Generale* est, cum terra sive v. g. Regnum, Provincia, civitas, castrum interdicto subicitur. Item *Generale* est, quod fertur generaliter in personas, v. g. universitatem vel collegium & ligat singulos de collegio, quamvis collegio existunt. *Particulare* inest, cum fertur vel in locum singulum v. g. Ecclesiam, sive unam aliquam, vel in plures particulares, aut etiam omnium loci & oppidi; vel in personam unam sive plures.

*c.17.inf.de  
V. S.*

*Covarr.  
ibi supr.  
com. 9.*

De verborum significacione.

TIT. XL.

Tituli duo sequentes iique postrema generales sunt, & spectant ad universitatem totius juris Pontificii scientiam, & ad calcem compilationis horum librorum, uti factum quoque in Digestis, relati sunt. Et quidem Titulus Verborum signif. utilitatem suam habet, quia in omnibus ante omnium standanda sunt verba, ad hoc inventa, ut demonstrent voluntatem & mensuram scribentis.

*c. Labeo. v.  
§. 2. D. De  
super. leg.*

*Quomodo igitur verba regulariter intel-  
ligenda sunt?*

**N**on secundum quod sonant, sed se- c. 25. in fi-  
cundum mentem proferentis, cum *ne h. t. &*  
non intentio verbis, sed e contra verba *c. 2. sup. de*  
intentioni deservire debeant. Et plerum- *appel. c. 8.*  
que dum proprietates verborum attenditur, *h. t. l. pen.*  
sensus amittitur veritatis. Neque verba *D. ad ex-*  
captari oportet, sed qua mente quid dica- *hibend.*  
tur animadvertere convenit.

## TITULUS XLII.

&amp; ultimus.

De regulis Juris.

*(Omissus est hic titulus: inde ex  
Andr. Vallensi est adjectus.)*

Regula sumitur ex jure, non vero jus ex  
Regula *l. 1. D. h. tit.* & propterea,  
postquam de toto jure Pontificio actum  
est, subjicitur coronidis loco *Tit. De Re-*  
*gulis Juris;* & quidem post *Tit. De Ver-*  
*borum Significat.* quia disputatio de vo-  
cibus simplicibus præcedere debet dis-  
putationem de compositis.

Ff

1. Regu-